



**CL. V. Ioannis Wamesii, I. C. Celeberrimi, In Academia
Lovaniensi Antecessoris Primarii, Responsorum Sive
Consiliorum De Iure Pontificio Tomus ...**

Wamesius, Johannes

[S.l.], 1643

De sponsalibus & matrim. Consilium DXXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98716)

nizatione matrimonii ullo modo instituisse, aut se paratos ad implendum ex sua parte obrulisse. Ita ut vehementissima, imò certa praesumptio sit, Aëtrici patrem in praedicta reculatione, & defectu se accommodandi perseverasse; & minime, ut Aëtrix allegat, levi motu, & calore iracundiae commotum, probro filiae ex stupro Rei, brevi tempore dumtaxat in reculatione persistisse: ex quo non constat ex brevi aliquo tempore de contrario aliquo actu, unde possit colligi dictum patrem ante sponsalia cum Ioanna contracta à dicta reculatione recessisse. *l. Quicquid calore in sine De reg. iur. c. De illis sponsalib. ** Sed ex adverso Reus per tot annos ab his sponsalibus cum dicta Ioanna abstinuit, ut si ficere etiam possent ad solutionem sponsaliorum verè contractorum. Neque enim indissolubilia sunt sponsalia de futuro; cum multis modis dissolvantur, & inter eos hac reculatione, nimisque morà alterutrius, *l. 2. c. De sponsal. l. 2. c. De repud. Covar. in epit. 4. decretal. p. 1. c. 5. nu. 7. & 8. Navar. in suo Manuali confessar. c. 22. n. 27.* Quinimò hoc quoque, quod amplius est, dici potest, promissiones quae ex dictis epistolis quoquo modo colligi possunt, non esse ullius generis sponsalia, & ne quidem de futuro; ideoque ad summum dumtaxat possint continere solius Rei promissionem, seu potius oblationem, & minime mutuam & reciprocam Aëtrici promissionem; quam ne quidem vel verbo allegat Aëtrix, multo minus probat.

Iam verò indubitatum est, sponsalia etiam de futuro non contrahi nisi mutuo, reciproque consensu utrimque verbis expresso, *c. Ex literis 1. De sponsalib. & hac in parte aequiparari sponsalia de futuro cum sponsalibus de praesenti, quae etiam non contrahuntur nisi mutuo, & reciproco consensu ex utriusque verbis in loqui valentibus expresso, d. c. Ex literis Sylvani, c. Tria eod. tit. cum sponsalia utrimque non tantum mentionem, sed etiam repromissionem futurarum nuptiarum contineant, l. 1. d. De sponsalib. expressumque utriusque consensum requirant, l. sponsalia eod. etiam tunc cum per nuntium, aut literas illa contrahuntur, l. ult. eod. Et si itaque alterius promissio initium faciat ad obligationem; perfectam tamen non facit, sine mutua seu reciproca alterius accedente simili promissione, & illius acceptatione. Unde promissio futuri matrimonii per alterum facta per se sola non efficit, ut sint sponsalia, *Navar. d. c. 22. nu. 25.* quippe iniquum esset contractum claudicare, & alterum promittentem vinculo obligationis constringi, non perinde etiam alterum, cuius mutua & reciproca obligatio requiritur.*

Novissime ut nihil pratermittamus, hoc superaddimus, Rei promissiones, si aliquo modo probata dici possent, qualescumque illa sint, sive simplices, sive jurata, eo loco esse, ut Reus extrema coactione cogi non possit ad sponsalia de futuro ex illis contracta implendum per solemnizationem, contractumque matrimonii de praesenti.

12. Et si enim qui simpliciter illa contraxit sine iuramento commoveri possit, & omnibus modis induci, ut id faciat & praestitam fidem servet; extrema tamen coactione, ne quidem per censuras Ecclesiasticas cogi potest ad solemnizationem. Conf. Wamef. Tom. II.

nem: sed in patientia tolerandus est hic à sponsalibus recessus, *c. 2. De sponsalib.* ex libertate contrahendi matrimonii; ne ex praecisa coactione deterius contingat, si, quam quis nolit, invitus ducere debeat: habent enim coacta matrimonia plerumque difficiles exitus, *c. Requisivit eod. tit.* Sic ut in simplicibus, minimeque juratis sponsalibus tacita subintelligi videatur conditio, si in eadem voluntate uterque sponsalia contrahens permaneat, *Gloss. in d. c. 2. in V. tolerari*; ita ut non permanenti gravius imponi non possit, quam ut de mentita, & non servata fide poenitentiam agat, & arbitrio Iudicis puniatur. Et quamvis extra omnem dubitationem majus vinculum sit in juratis sponsalibus de futuro, ut uterque contrahens, etiam per censuras Ecclesiasticas cogi possit ad solemnizationem matrimonii, *d. c. Ex literis*, & sic praecisa videatur coactio ex juratis sponsalibus: sic tamen praecisa non est, ut omnino impediat recessum ab his etiam sponsalibus, & recusans extremè cogi non possit, & per ejus recessum contracta alia sponsalia habeantur pro nullis. Coactio enim haec, quam ex his sponsalibus jus permittit, causativa dumtaxat est, non etiam praecisa; ut moneri quidem per Iudicem possit, ut pergat, & si refragetur, ad id cogi possit per excommunicationem; sed ita ut si obcurato animo malit excommunicationem sustinere, quam ex his juratis sponsalibus matrimonium contrahere, debeat id potius in patientia tolerari, quam recusans graviore poena, & poenitentia subici, *c. Sicut, c. Requisivit De sponsalib. Francf. Marcus decif. Delph. 521. p. 1.* ne libertas contrahendi matrimonii, cui iura tantopere favent, extrema praecisa coactione quoquo modo constringatur, *c. Gemma, d. c. Requisivit & ibi DD. De sponsal.* Quae communior receptiorque est Doctorum in hoc juris articulo sententia, *DD. in d. c. Requisivit, lae & eleganter 10. Bapr. Ferret. conf. 27. Quæritur numquid*, Quamvis de eo in proposito Reus sollicitus esse non debeat; cum indubitatisimè verum sit, Aëtricem nullo modo probasse aliqua jurata sponsalia; & si aliquod vestigium aut indicium simpliciter contractorum sponsaliorum ex aliqua Rei promissione per dictas epistolas facta videri posset extare, eo loco illa haberi non debeant, ut ex illis praecise cogi possit Reus ad solemnizandum cum dicta Aëtrice matrimonium, *d. c. 2. & ibi DD. De sponsalib.* Sic ut omnibus exactè expensis, manifestum sit, Aëtricem in hac sua duplici petitione obtinere non posse; & partes Venerabilis Domini Officialis esse, ut Reum ab utraque hac Aëtrici impetitione absolvat, cum expensarum condemnacione.

De Sponsalibus & matrim.

S V M M A R I V M.

Sponsalia de futuro adimplenda.

1. Sponsalibus an renuntiare liceat.
2. Confessio alteri tertio non nocet.
3. Testi unico non creditur.
4. Frater pro fratre quando sit testis idoneus.
5. Copula quomodo probetur.
6. Intellectus c. Preterea De sponsalib. & matrim.
7. Fama bona quomodo probetur.

§ 4

8. Matrim.

8. Matrimonium contrahunt etiam sexagenarii.
9. Matrimonium contrahi potest inuitis parentibus.
10. Adversarius in lite an sit pro inimico habendus.
11. Copula antecedens sponsalia quid operetur.
12. Papa non dispensat contra matrimonium copula consummatum.

CONSILIVM DXXVII.

QUAMVIS pro parte Margaretae I. propositum sit matrimonium per verba de praesenti contractum, & copula carnali subsequuta confirmatum; quia tamen Reus respondendo propositis Aetris id negavit, Aetrix testibus in re, quae noctu & inter solos acta est, destituta, à conclusionem & petitionem declarationis contracti consummatique matrimonii, rectè transgressa est ad sponsalia, quae per verba de futuro cum Reo contraxit, & Reus contraxisse fatetur: sic ut meritò implorare potuerit, prout imploravit, officium Venerabilis Domini Officialis, ut Reum moneat, inducat, & cogat ad contrahendum matrimonium per verba de praesenti; quod in facie Ecclesiae se solemniter contracturum promissit, cum praefata Margareta, quam antè carnaliter cognoverat, & ex literis Silvani, c. *Requisivit de sponsal.* * Nam licet sponsalibus renuntiare liceat jure civili, l. 1. & ibi Cynus C. *De sponsal.* jure tamen Canonico non est tam libera potestas, *Panor.* in d. c. *Requisivit*: nisi sub sit admodum rationabilis causa, propter quam Iudex ab hujusmodi compulsionem & coactionem abstinere debeat. *Hosien.* in d. c. *Requisivit*. Iam verò nihil propositum est ex parte Rei, ob quod æquus & discretus Iudex (ad cuius arbitrium & discretionem id refert *Hosien.* in d. c. *Requisivit*) ab hac coactione & compulsionem abstinere debeat. Nam singula renuntiationis, tergiversationisque capita, quibus ad hanc separationem, & sponsaliorum dissolutionem, usus est Reus, excutiendo, nullum invenitur vel veritatis adminiculo, vel juris auctoritate stabilitum.

Imprimis obiicit quidem Aetrix affinitatem, vitæque lubricitatem, tam constante ejus priore matrimonio, quam viduitate, imò etiam contractis his sponsalibus; sed illorum non adfert idoneam probationem. Equidem ex tribus, quos ad hoc probandum produxit, postremus testis non tantum hoc non deponit: sed ex adverso aperte testatur, Aetricem nullà infamià, nullà opinione incontinentiae gravari, vel laborare, sed pro honesta & proba reputari. Primus audentius quidem deponit, se audisse Ream diffamari de concubitu cum Iohanne T. sed rogatus à quo, respondit se nescire: ita ut duplici vitio laborans, ejus testimonium non mereatur fidem; praesertim quod in famà probandà longè plura requirat Bartolus, l. *de minore §. plurimum de questionib.* & inter illa, ut probetur, unde ortum habuerit, & an ad plures illius scientia pervenerit. Eademque ratione nihil probat, dum deponit, se audivisse ex quodam alio Iohanne, quòd ipse Aetricem cognovisset: nam primò non satis designat, quisnam sit ille Iohannes: secundò solus, & singularis est in eo, l. *Iuristurandi C. de testib.* tertio deponit de auditu alieno, & quidem illius, cui si ipse hac in causa deponeret, nulla adhiberetur fides, DD. in

l. *Testium C. eod. tit. cap. Tam literis eod. Bald. in l. Conventicula C. de Episc. & Cler. quia socio criminis adversus socium non creditur, l. Sicuti C. de question. DD. in cap. Quoniam de testib. gloss. in c. Præterea de sponsal. * & confessio ejus, qui adulterium cum aliquo commisisse dicitur, mulieri, quam nominat, non nocet, c. *Significasti de adult.* Et licet ad praesumptionem facere videatur hujusmodi depositio, cum in iudicio sit, gloss. & DD. in d. c. *Quoniam*: tamen extrajudicialiter inter nungones facta nihil operatur; estque propria turpitudinis allegatio & confessio, quae alii quam confitenti obesse non debet, DD. in l. *Transfatione finita C. de transal.**

Secundus testis iisdem vitiis laborat, quibus primus; quatenus deponit de auditu alieno, & fama: & in eo, quod constanter deponit, se invenisse Wilhelmum Z. vestibus indutum, jacentem supra stragulum lecti, in quo ad camiliam usque nuda jacebat Margareta, solus & unicus est, & ob id fide destituitur, d. l. *Iuristurandi*. * praesertim quòd sit frater Rei, ejus testimonium in hac ardua causa matrimoniali adversus matrimonium, probationem facere non debet; cum sit jure singulari cautum, ut in matrimoniali causa fratris, & similibus conjunctarum personarum testimonium recipiatur non super quibusvis articulis; sed tantum in probanda consanguinitate, c. *Viderit Qui marit. accus. poss.* Præterea controversum est, num fratris testimonium unquam recipiatur; & anne semper pro domestico testimonio accipiendum sit: quod novissime sustinuit Franciscus Duranus, *Annivers. disp. lib. 1. cap. 28.* & certum est agnati testimonium non facere semiplenam probationem, Bart. in l. *Admonendi de iurjur. & in l. Ant assint. de procurat. l. unus consil. 32. Viso processu n. 6. vel. 4.* Adde quod omnem praesumptionem concubitus excludant circumstantia, de quibus dictus frater deponit, quòd Wilhelmum vestitum & super stragulum viderit; Aetricem verò sub stragulo.

Oportet enim probari ipsam turpitudinem, & ut ait Vlpianus, in ipsis rebus Veneris deprehendi, in l. *Quod ait in princ. Ad legem Jul. de adult.* aut saltem probari ea, quae vehementiorem praesumptionem inducunt; veluti, quòd nudus cum nudà inventi fuerint, aliaque praecesserint, vel sequuta fuerint, quae indubitabilem praesumptionem inducant, c. *Literi de praesumpt.* Et si hoc praesupposito eo, quòd testis deponit, praesumentum est id factum esse procandis gratia; quia vidua erat: sic ut satis sit aliò detorqueri posse praesumptionem, & factum esse incertum, l. *Neque natales C. de probat.* & consequenter nihil verendum, ne ob assertionem unius testis impediatur matrimonium, & dissolvantur sponsalia.

Et quòd Reus obiicit ex rescripto Alexandri 6. Tertii Papae, in c. *Præterea de sponsal. & marit.* hic obtinere non potest: non enim extat in actis assertio alicujus, qui dicat se cognovisse Aetricem; quòd requiritur in dicto Alexandri rescripto, d. c. *Præterea*: ideoque non sufficit unius testis depositio, qui dicit se audivisse alium asserentem se cognovisse quandam: sunt enim hæc diversa, & ob id oportet hujusmodi alterius recognitionem probatam esse testibus saltem duobus; licet personali reco-

- lis recognoscens assertio coram Iudice facta, impedimentum adferre possit. Quia si duobus testibus Reus probasset dictam Willhelmi confessionem & recognitionem, nihil id prodesset Reo: nam simplex nudaque assertio unius non facit hoc impedimentum; sed vel notoria, c. De illo De eo qui cognovit consang. uxoris sue, vel jurata coram Iudice facta, Ioan. Andrea & Panor. d. c. Præterea Desponsal. Tam verò ex singulari primi testis testimonio non constat in iudicio à jurato factam esse eam recognitionem; ac proinde Venerabilis Dominus Officialis animum suum & religionem merito informabit, quod ista omnia à Reo ejusque fratre per collusionem sint excogitata, & confecta, ut dissolutionem sponsaliorum Reus obtineat; quodque hujusmodi allegationibus, commoveri non debeat, Bald. in c. Si quis per triginta Si de feud. fuer. controuer. inter dom. & agnat. Alex. in l. 1. in princ. Si quis ius dicenti non obtemper. Ruinus consil. 106. In hac lre nu. 7. & 23. vol. 5. * præsertim quia, ut dictum est, per testes Aëricis non tantum probata sit negativa, Aëricem non laborare eâ famâ, aut opinione, sed etiam affirmativa, quod vitæ sithonestæ; quæ conjunctio negativa & affirmativa in testimoniis magnam probandi vim habet.
- 8 Secunda causa, quam Reus ex dissidentia primæ ex longo intervallo postea objectit, est, quod Aërix sit quinquagenaria, vel sexagenaria, & quod proles ex prior thoro habeat, & quod Reus adolescens sit sine prolibus. Sed quantum ad ætatem attinet, negavit id Aërix, dicens se nondum natam annis quadraginta: sic ut adhuc concipere, & parere possit. Neque probavit Reus tam annosam esse Aëricem; cui ob id allegatio negata, & non probata, nihil obesse potest, l. in lege De contrah. empt. Quin etiam Reus id probasse, non præstaret iustam seu honestam causam dissolutione sponaliorum: nihil enim est quod vereatur severitatem legis Papie, quæ plectebat nuptias quinquagenariorum vel sexagenariorum; quia sublata est per Iustinianum, l. penult. C. De nupt. sic ut adversus matrimonium eam centenaria & edentula vidua contractum, minor xxv. annis in integrum restitui nequeat, DD. in tit. De restit. in integ. Ioan. Mauricium in tract. de restit. in integ. c. 245. & stultum sanè est, Reum ex ea causa dissolutionis occasionem querere, quam non ignoravit. Proinde neque probabilis, neque honesta est causa, quam ex prolibus desumit: cum nihil vetet, eam, quæ mater est, quæque proles habet, alteri nubere, tit. De secund. nupt. per totum. Deinde etiam non allegat Reus, se id prius ignorasse, quem scivisse præsumendum est; maxime quia eodem loco habitaverint & vicini fuerint, c. Quanto de præsumpt.
- 6 Tertia causa, quâ utitur Reus, est, quod invito patre contraxerit hæc sponsalia: sed nec hæc per se valida est, cum iure Canonico, ut habet Canonistarum & Theologorum communis opinio, patris dissensus non impediat, aut dirimat matrimonium, Angel. Aret. Inst. de nupt. in princ. nu. 3. Archid. in can. Sufficiat xxv. quæst. 2. DD. in cap. fin. de raptorib.
- 10 Quartam excusationem ponit Reus in inimicitis: sed nec has probat, neque speciem earum;

nisi fortè inimicitarum causam in hac lite ponat; quod probabile non est. Nam qui cum aliquo in civili causa seu lite est, adversarius quidem dici potest, sed non inimicus, Panor. in c. Proposuit De foro compet. l. 1. in fine De restit. vendit. ita ut ex eo capite non possit quis tamquam inimicus repelli à testimonio, Gloss. in c. Cum super De effe. & potest. Ind. deleg. Felin. in d. cap. Cum super: & imputet sibi Reus, cur hanc litem intenderit, & causam hujusmodi inimicitis, ut ipse appellat, dederit. Sic itaque nulla est causa rationabilis, propter quam Dominus Officialis officium suum Aërici imploranti in cogendo urgendoque Reum, denegare possit. Et si quid in prædictis causis, quas omnino improbables esse putamus, latet, quod bonum virum movere possit ad abstinendum ab implorata coactione; id certè prorsus tollunt, & inclinationem animi in contrariam partem trahi faciunt antecedentia hæc aperta sponsalia, concubitus & copula, quam Aërix & Reus sine dissimulatione confessi sunt.

Nam quamvis communi opinione receptum sit, c. Veniens 2. d. spon. l. & ibi Panor. Socinus consil. 28. vol. 1. Hen. Bohic. in c. Attestationes de despons. impub. copulam antecedentem sponsalibus subsequenteribus non transire in matrimonium: movere tamen debet Iudicem antecedentis copulæ consideratio, ut contractis postea præsertim interposito sacerdote sponsalibus, utrumque cogat ad matrimonium consummandum & solemnizandum. Est enim arctius quoddam vinculum, cum etiam ex simplici, imò illicito coitu vinculum juris inducatur; hoc est, effinitas contrahatur, Gloss. in §. affinitatis Inst. de nupt. c. Tua, c. Discretionem De eo qui cog. consanguin. uxoris sue.

Quâ ratione traditum est, quod sicut adversus matrimonium per verba de præsentis contractum, & intervenit copula carnalis consummatum, Papa dispensare non potest; ita quoque non possit dispensare adversus matrimonium iisdem verbis contractum, post cujus contractum nulla copula intervenit, si modo ante verba de præsentis data antecessit, Claudius de sessello ad Rab. d. Solutio matrimonii. refert Nevizanus in Sylva nupt. p. 2. nu. 14. Bald. in c. fin. ad fin. de translat. prælator. Cum alioqui adversus simplex matrimonium, nullâ antecedente, vel subsequente copulâ confirmatum, Papa dispensare possit, Gloss. in c. Ex publico de convers. coniug. Quam traditionem imitatus Hippolytus de Marfilis. singul. 500. ut eum refert Didacus Covarruvias, in epit. 4. lib. decretal. p. 1. c. 4. nu. 14. ausus fuit dicere, contra prædictam communem opinionem, per antecedentem copulam censeri matrimonium consummatum, perinde ut per subsequentem. Sic quod merito hic ratio haberi debeat antecedentis copulæ; si non ad constituendum perfectum matrimonium, ut habet communis opinio; saltem ad inducendum Iudicem, ne sponsalia subsequuta dissolvi patiat, neque ab impertiendo officio suo manum retrahat. Et sanè quamvis id neget Reus, & Aërix testibus destituta probare nequeat; verosimillimum tamen est, Reum ad concubitus non pervenisse sine promissione, vel per verba de præsentis, vel saltem de futuro; quæ subsequuta copulâ in matrimonio

rimonium transierunt, c. Veniens De spons. & matrim. eoque sine sponsalia postea, interposito Sacerdote, contracta sunt; ut pro more regionis jam contractum, consummatumque matrimonium in Ecclesia solemnizaretur.

De sponsalibus & matrim.

S V M M A R I V M.

Matrimonium ex sponsalibus & copula ante Concilium Tridentinum.

1. Clandestinitas in matrimonio triplex.
2. Matrimonia clandestina odiosa.
3. Liberi ex illicito matrimonio clandestine contracto nati legitimi non sunt.
4. Liberi naturales non legitimantur per subsequens clandestinum matrimonium.
5. Dotis lucrum non consequitur maritus ex clandestino matrimonio.
6. 8. Presumptio est pro matrimonio publice contracto, non pro clandestino.
7. Matrimonialis causa gravis est & criminali comparatur.
9. Indicandum in dubio pro Reo.
10. 13. Intellectus c. Per tuas De condit. apposit.
11. Confessio dividi non debet.
12. Parentum consensus naturaliter requiritur in nuptiis.
14. 19. Copula carnalis quomodo probetur vel quando presumatur.
15. Copula carnalis quando faciat presumi matrimonium.
16. Sponsalia multis modis dissolvuntur.
17. Copula non inducit matrimonium post dissoluta sponsalia.
18. Sponsalia sub parentum consensu contracta dissolvuntur ex dissensu parentum.
20. Testis ob singularitatem repelli potest per eum, à quo productus fuit.
21. Testi unico Index fidem adhibere non potest.
22. Iuramentum non deferendum in matrimoniali causa.
23. Procreationes non probant matrimonium.

CONSILIUM DXXXVIII.

IN matrimoniali causa, quæ nunc ex provocatione à sententia Domini Officialis Daventriensis coram Venerabili Domino Decano S. Cuniberti Coloniensis introducta est inter Ioannam filiam Ioannis I. Aëtricem Appellatam, ac Hermannum E. Reum Appellantem; quoniam nobis victoria cause ad partes Rei seu Appellantis inclinata videtur, pauca quedam velut admonitionis loco præmittimus.

Principio itaque hoc ex actis liquidissime constat, matrimonium hoc, quod Aëtrix contractum proponit, Reo negante, seu potius id, quod inter Aëtricem & Reum in domo matris Aëtrici actum proponitur, clandestinum fuisse, triplici genere clandestinitatis, Gloss. V. clandestina in c. Cum exhibitio De clandest. despons. Primo, quod huiusmodi actus, si verè intercessit, factus esset sine testibus, c. Quod nobis eod. tit. quod Aëtrix aperte fatetur, Bart. in l. 2. c. De his qui ex publ. ration. mut. pec. accep. lib. 10. Secundo, quod sit factus sine solemnitate, & non præmissis denuntiationibus seu banis, quæ ius ipsum omnino præmitti & observari vult: quibus non observatis matrimonium semper censetur clandestinum, etiam si coram duobus testibus contractum fuerit, Bart. in l. Non intelligi-

tur §. tacite De iure fisci, & in l. Fraudem in princ. De his que in fraud. cred. Paulus Paris. cons. 57. Stante priorè nu. 10. vol. 4. Tertiò, quod contractum dicatur non in facie Ecclesiæ, nec in domo Rei, seu parentum ipsius; sed extraneam occulte, & ne adhibita quidem matre Aëtrici, l. ult. De ritu nupt. Bart. in d. l. 2. quam tamen has nuptias affectasse, & in domo tunc fuisse constat: idque parentibus ac consanguineis Rei, aliisque, quorum interesse poterat, absentibus & ignorantibus, Decus in l. Quo tutela §. clam De reg. iur. cum publice, & in facie Ecclesiæ his adhibitis communiter fiat & fieri debeat, d. c. Cum exhibitio.

Iam verò constat & receptissimum est, matrimonia clandestina canonicis, in d. etiam legibus, d. l. fin. De ritu nupt. l. Nuper c. De nupt. lib. odio esse, & pro adulteriis, stupris, & contuberniis reputari, c. 1. & 2. De clandest. despons. Hostien. in Summa de clandest. despons. Socinus consil. 17. Supradicta causa nu. §. vol. 1. Curtius Junior consil. 64. & ob id non mereri eos favores, qui veris legitimis, ac solemnibus matrimoniis attributi sunt. * Nam, & inter alia ita se res habet, ut liberi nati ex eorum conjunctione, qui palam ac bonâ fide in gradu illicito ac prohibito nuptias contraxerunt, nascantur legitimi, l. Qui in provincia §. Divus Verus nupt. d. l. fin. & ibi Gloss. l. Qui contra c. De incest. nupt. qui verò sic clandestine contracto matrimonio nati sunt liberi, non erunt legitimi, etiam si uterque vel alter contrahentium impedimentum ignoret, d. c. Cum exhibitio §. si quis * Rursus publice ac palam, c. Fata Qui filii sunt legit. & secundum leges, d. l. Nuper, interpositis instrumentis dotibus contracto matrimonio cum concubina, liberi antea ex ea nati legitimantur: non legitimantur autem matrimonio inter eos clandestine contracto; propter odium talis matrimonii, Ioan. Fab. in §. fin. Instit. de nupt. Hostien. in Summa Qui filii sunt legit. §. 2. & De clandest. despons. §. fin. vers. secus patet, Socin. nepos consil. 31. Themate prædicto nu. 45. vol. 2.

Simili ratione maritus non consequitur lucrum dotis, quod fortè ex statuto deberetur, si clandestine uxorem duxerit, Hostien. loci sup. cit. August. Beronius quest. 107. * Unde fit, ut, quamvis pro matrimonio, publice ac palam contracto, Index ac præsumptio stare debeat, neque facile admittenda sint probationes, quæ ad dirimendum aut annullandum matrimonium ex quocumque impedimento obscure tendunt, cap. Licet ex quadam de testib. cap. fin. Qui matrim. accus. poss. nulla tamen in dubio & ambiguo debeat esse inclinatio vel Iudicis, vel præsumptionis pro matrimonio, quod dicitur clandestine contractum verbis, & necdum copula est consummatum; præsertim ubi pars altera pertinaciter negat verba fidei dationis. Hoc enim casu (inquit Socinus nepos, consil. 88. Cita præsentem nu. 32. vol. 2. Hieron. Gratus cons. 2. in præsentem nu. 64. vol. 2.) debet de matrimonio liquicò & concludenter constare, & in dubia probatione iudicari contra matrimonium. Non enim minus inconveniens & durum est, nonnumquam perfectè conjunctos coniungi; cum coactiones & involuntaria nuptia semper officiles & tristes habeant exitus, c. Requiritur in fine, c. 2. Desponsal. quam solemniter & palam conjunctos ob quodcumque ob-